



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Persij Flacci nobi||issimi Satyrici vnicus. sed  
ele=||gantissimus Satyrarum liber.||**

**Persius Flaccus, Aulus**

**[Leipzig], 1516**

Satyra Tertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34791**

### Tertia.

Bathymia 1969 r̄p̄od f̄lūm̄i v̄t b̄d̄z

Aurum vasa Numæ Saturniæq; impulit æra  
Vestalesq; vñas, & Tuseum fictile mutat.

Ocuruæ in terras animæ, & cœlestium inanes  
Quid luuat hoc templis nostros immittere mores?

Et bona dijs ex hac scelerata ducere pulpa?

Hæc sibi corrupto casiam dissoluti olio,

Hæc Galabrum toxit yiciato murice vellus,

Hæc baccam conchæ rasisse, & stringere venas

Feruentis massæ crudo de puluere tussit,

Peccat & hæc peccat, vicio tamen vtitur, at vos habet ex horo vno alij

Dicte Pontifices in sacro quid facit aurum?

Nempe hoc quod Veneri donate a virgine puppæ

Quin dam id superis de magna quoddare lance,

Non possit magni Messalæ lippa propago

Compositum ius fasæ animi sanctosq; recessus regit:

Mentis & incoctum generoso pectus honesto?

Hæc cedo ut admoueam templis & farre litabo.

### Satyræ Tertia.

Empe hoc assidue? iā clarū mane fenestræ

Inrat, & angustas ex fedit lumine rimas,

Sertim indomitum q̄iod despumare Falernum

Fornax. 8. 10. Quod si vñis m̄nus Janus d' orporo fano

# Satyræ.

Mollibꝫ & plimis triste  
lunare rapit

spuria & prouisa

satoris Astrolabii horologii solarij usq; ad interius  
Sufficiat, quinta dum linea tangitur umbra.

En quid agis? si casas insana canicula mesles

Iam dudu coquit, & patula pecus omne sub ulmo est

Vnus ait comitum, verumne? ita ne? ocyus adsit

Huc aliquis, nemon? turgescit vitrea bilis,

Finditur Arcadiæ pecuaria rudere credas,

Iam liber, & petitis bicolor membrana capillis,

Inq manus chartæ nodosac venit arundo,

Tunc querit crassus calamo quod pendeat humor,

Nigra quod infusa vanes cat sepiæ limpha

Dilatas queritur geminet quod fistula guttas.

(O miser, inq dies ultra miser, huccine rerum

Venimus: at cur non potius teneroꝫ palumbo

Et similis regum pueris pappare minutum

Poscis? & iratus mammæ lallare recusas?

Van gebouwt wugt: | Respoedt  
Brandt assehoen  
Cogen armoen in de hof  
weve armoen & aboen  
relevint et reduct  
andig: -

An tali studeam calamo? cui verba? quid istas

Succinis ambages? tibi luditur effluis amens

Contemnere, sonat vitium percussa maligne

Respondet viridi non cocta fidelia limo,

Horang  
Cavento in vidi fliti

Vdū & molle lutis, nunc hic properandus & acri

Fingendus sine fine rota sed rure paterno;

Frequente exercitato mox et

At oīz artim

UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Tenax regum prologus

### Tertia.

1. pinguis venit in puer libet

Est tibi far modicum purum & sine labe **salinum**

Quid metuas cultrixq; fœci secura patella?

Hoc satis an deceat pulmonem rumpere ventis

Stemmate quod tusco ramum millelime ducis?

Censoremq; tuum vel quod trabeate salutas?

Ad populum phaleras ego te intus & in cœte noui

Non perdat ad morem discincti vivere Nacte? + vilissimi

Sed stupet hic vicio & fibris increuit optimum

Pingue caret culpa, nescit quid perdat, & alto

Demersus summa rufus non bullit in vndas

Magne pater diuum seuos punire Tyrannos

Haud alia ratione velis, cum dira libido

Mouerit ingenium feruentii fistula veneno,

Virtutem ut videant, intabescantq; relicta.

An ne magis Siculi gemuerunt æra iuuenient?

Et magis auratis pendens laquearibus ensis

Purpureas subter ceruices terruit? imus

Imus precipites q; si sibi dicat, & intus

Palleat infelix quid proxima nesciat vxor.

Sæpe oculos memini tingebam parvus oliuo

Grandia si hollem morituri verba Catonis

Dñs Cœsia meos vesti fatus intana iudeo

Cœsing ipse sibi de se pinguem dñs

# Satyræ.

Discere ab insano multum laudanda magistro

Quæ pater adduetis sudans audiret amicis.

Iure etenim id summū quid dexter senio ferret

Scire erat in voto, dāmno sa canicula quantum

Raderet, angustæ collo non fallier orcæ,

Neu quis callidior buxum torquere flagello.

Haud tibi inexpertū est curuos deprenderemores

Quæ docet sapiens brachatis illita Mædis

Porticius in somnis quibus indetonsa iumentus

Inuigilat siliquis & grandi pasta polenta,

Ectibi quæ Samios diduxit littera ramos

Surgentem dextro monstrauit limite calle

Stertis adhuc laxumq; caput compage soluta

Oscitath sternum dissutis vndiq; malis?

Est aliquid quo tendis & in quo dirigi sarcum?

An passim sequeris coruos? testaq; lutoq;

Securus quo pes ferat, atq; ex tempore viuis?

Helleborum frustra, cum iam cutis ægra tumebit

Poscentes videas, veniente occurrit morbo

Et quid opus Cratero magnos promittere mores?

Discite & o miseri causas cognoscite rerum

Vates & medici illos

Quid: 1: Romane  
principis obsta, sero me:  
donna pavens. Cui ma:  
la p longas. inspissas  
intorab:

Dum dñm fatus & repit habet

Dña felix  
qm potius  
veru regnos  
veru campas  
Virg: 2: C. P. O.  
grov

Platere si posse.

Conguitur nunc fide prospicimus ad unum

### Tertia.

Quid sumus & quidnam victuri gignimur. ordo  
Quis datus aut metæ quam mollis flexus & unde,  
Quis modus argento, quid fas optare, quid asper  
Vtile nummus habet, patrie charisq; propinquus  
Quantum elargiri debeat, quem te deus esse  
Iussit, & humana qua parte locatus es in re  
Disce, nec inuidas quod multa fidelia putet  
In locuplete penu defensis pingibus umbris  
Et piper & pernae Marsi monumenta clientis,  
Menaç q; prima nondum defecerit orca.  
Hic aliquis de gente hircosa Centurionū  
Dicit quod satis est sapio mihi, non ego curio  
Esse qd' Archesylas erumnosiq; Solones  
Obstipo capite & figentes lumine terram  
Murmura cum secū & rabiosa silentia rodunt,  
Atq; exorrecto trutinantur verba labello,  
Aegroti veteris inseditantes somnia gigni  
Denihilo nihil in nihilum nil posse reuerti,  
Hoc est cur palles? cur quis no prandeat hoc est?  
His populus ridet multumq; torosa iuuentus  
Ingeminat tremulos naso crisante cachinos

B iii

# Satyræ.

Inspice nescio quid trepidat mihi pectus, & ægris

Faucibus exuperat grauishalitus inspice sodes

Quid dicit medico iussus requiescere, postquo

Tertia composita vidit nox currere venas

De maiore domo modice fitiente lagena

Lenia loturo libi Surrentina rogavit.

Heus bone tu palles, nihil est, videoas tamen istud

Quicquid id est, surgit facite tibi lutea pellis.

At tu deterior palles, ne sis mihi tutor,

Iampridem hunc sepeli tu restas, perge, tacebo.

Turgidus hic epulis, atque albo ventre lauatur

Guttur e sulphureas lente exhalante mephites,

Sed tremor inter vina subit, calidumque trientem

Excudit e mahibus, dentes crepuere reiecti,

Vncta cadunt laxis nunc pulmentaria labris

Hinc tuba candelæ tandemque beatulus alto

Compositus lecto crassisque littatus amomis

In portam rigidos calces extendit at illum

Hesterni capite induito subiere quirites.

Tange miser venas, & pone in pectore dextram

Nil calet hic, summosque pedes attinge manusque

## Quarta.

Non frigent, visa est si forte pecunia, siue

Candida vicini subrisit molle puella

Cor tibi rite salit, positum est algente catino

Durum olus, & populi cribro discussa farina

Tentemus fauces, tenero latet vlcus in ore

Putre, quod haud deceat plebeia radere beta.

Alges cum excussit membris timor albus aristas,

Nunc face supposita feruescit sanguis & ira

Scintillant oculi, dicisq; facisq; quod ipse

Non fani esse hominis non fanius iuret Orestes.

## Satyra Quarta.

Empli tractas: barbatu hoc crede mgim

Dicere sorbitio rapuit quem dira cicuta

Quo fretus: die hoc magni pupille Pericli,

Scilicet ingenium & rerum prudentia velox

Ante pilos venit, dicenda facienda calles.

Ergo ubi commota feruet plebecula bile,

Feruntimus calide fecisse silentia turbæ populi

Maiestate manus, quid deinde loquere? quirites

Hoc puto non iustum est, illud male, rectius istud,

Scis etenim iustum gemina suspendere lance